

Finis umbræ veræ, quæ exit è limbo  
Lunæ circa punctum definitum per Diame-  
trum à centro ductam per Cleomedem. H. M. S.  
5 48 50

III. *Observationes aliquot Circum-Jovialium ha-  
bitæ eodem anno 1724. per eundem Cl. Blan-  
chinum. Ex eadem Epistola.*

Dies.	Mens.		H. M. S.
8	Jun.	<b>I</b> N Castro Viscardi supra Vul- finium in eodem serè Meridi- ano cum Vulfiniis (vulgò Bolsena) Satelles secundus B ( <i>Vide Fig. 2.</i> ) ex umbra Jovis emerferat, & ita configuratus viscebatur cum cæ- teris.	2 48 30
		Satelles tertius C subit limbum Jovis è directo fasciæ mediæ.	3 0 30
		Satellitidis intimi A incipit lumen imminui.	3 26 20
		Totalis ejusdem immerfio, re- liquis Satellitibus B, D, & fasciis perspicuè apparentibus.	3 27 10
24	Jun.	Romæ observata est tum im- merfio secundi Satellitidis, tum pri- mi, ita configuratis Jovialibus. ( <i>Vide Fig. 3</i> )	
		Satellitidis secundi B incipit lu- men debilitari.	1 39 0
		Omnimoda ejusdem immerfio.	1 40 20 Etiam

T.V. post. Med. Noct.

Dies. Mens.

H. M. S.

Etiam Satellitis primi A lumen  
imminui jam incipit. I 41 50

Lux ejusdem omnino disparet,  
cæterorum lumine, & fasciarum  
adspectu nitidissime perseverante. I 42 50

Kal. Jul. Illucescente Aurora, Romæ im-  
mersio totalis intimi Satellitis Jovis  
clarissime spectata est; cum ante  
minuta secunda horaria 55'' circi-  
ter, lumen ejusdem cœperit debili-  
tari, cæteris Satellitibus & fasciis  
perspicue apparentibus, cælo cla-  
rissimo. 3 24 29

T.V. post Merid.

18. Aug. Romæ intimus Jovis Satelles ex  
umbra cœpit emergere, & plenif-  
simè lucebat in A, inter limbum  
Jovis, & secundum Satellitem B,  
(Vide Fig. 4.) qui a limbo Jovis  
distabat semidiametro circiter Jo-  
vialis disci. Satelles A emerfit  
ab umbra inter duas fascias corpo-  
ris Jovialis inferiores, situ everfo  
in Telescopio. O 40 45  
O 41 25

Observatio fuit clarissima &  
diligentissima, cælo clarissimo.

T.V. post Merid.

25. Sept. Romæ, intimi Jovis Satellitis  
initium Emerfionis. II 25 55  
Totalis recuperatio luminis. II 27 5

*Dies. Mens.*

*Temp. V. post Merid.*

	<i>H. M. S.</i>
<b>II. Octob.</b> Albani, ejusdem intimi Satellitis initium Emerfionis.	9 53 8

Ex pluribus observationibus Romæ habitis, & Ulyffipone, eruitur Meridianorum differentia 1 h. 28' 0'', feu Grad. 22, quæ fanè differentia aut omninò vera, aut quam proximè veritati accedere videtur.

Fig. 1.




Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 5.




Fig. 4.



Fig. 6.




Fig. 7.

